Zoologiae Danicae prodromus, seu, Animalium Daniae et Norvegiae i... https://www.biodiversitylibrary.org/item/129624



t. 12. f. 9. g. alis p. marg. rufo; corpore plumbeo: maculis cæruleis. h. alis p. marg. albo; corpore ſericeo, æneo, apice cæruleo. S. inſ. t. 121. f. 4, 5.

D. *Guld-Smed.* N. *Orm-Styng.* nom. gen.

❋ Cauda triſeta.

1640. EPHEMERA *Danica* cauda triſeta, alis pallide aureis, maculatis. Fn. Fridr. 554. S. inſ. t. 9. f. 5, 6. *

1641. Eph. *vulgata* cauda triſeta, alis nebuloſo-maculatis.

1642. Eph. *marginata* cauda triſeta; alis hyalinis, linea verſus apicem umbratica. S. inſ. t. 42. f. 7.

Sub meridiem 21 Maji in copula offendi; *mas* differt a *fœmina* appendiculis caudæ quatuor, majoribus curvatis; tuberculis duobus, magnis, fuſcis ſupra oculos, ac macula alarum marginali, oblonga, obſcura. Hæc tubercula maribus (non tamen omnibus) propria, auctoribus ſtemmata perperam dicuntur, vera enim ſtemmata ſive ocelli non ſupra, nec ante ſed inter oculos maris æque ac fœminæ puncta tria, glabra nitida, in triangulum diſpoſita.

1643. Eph. *plumoſa* diptera cauda triſeta: ſetis corporis longitudine; alis albis: margine craſſiore obſcuro. * +

Mas & fœmina haud differunt; ſetæ ope lenticulæ utrinque plumoſæ videntur.

1644. Eph. *minima* diptera cauda triſeta: ſetis corpore quintuplo longioribus; alis albis: margine craſſiore obſcuro. * +

Setæ ſubtiliſſimæ viſum fere fugientes, paucis momentis, inſecto acicula puncto, rigorem amittunt & criſpantur.

❋ ❋ Cauda biſeta.

1645. Eph. *ſulphurea* flava, cauda biſeta; oculis nigris. * +

1646.

Стр. 1 из 1 06.05.2020, 21:43

1646. Eph. *gemmata* cauda biſeta unciali; alis hyalinis, reticulatis, abdomine annulis luteis. Sc. carn. 684. Geofr. inſ. 2. Eph. 5. t. 13. f. 4.

1647. Eph. *diaphana* lepidota, fuſca, cauda biſeta ſetis immaculatis; abdominis medio albo, pellucido. *Bioculata* Linn. at omnes binos oculos habent.
Alæ poſticæ nullæ; ſquamulæ vero duæ, ſubulatæ.
Variat tuberculis fuſco-flavis & ſulphureis.

1648. Eph. *culiciformis* lepidota livida, cauda biſeta: ſetis albiſſimis, baſi nigris; alis hyalinis.

1649. Eph. *luteola* lepidota lutea, cauda biſeta; alis, pedibus, ſetisque albis. * +

1650. Eph. *rufula* diptera, fuſca cauda biſeta: ſetis annulatis; abdominis medio albo: marginibus rufis. * +
*Diaphanam* refert, at alæ minores nullæ, nec ſquamulæ.

1651. Eph. *ſtriata* diptera, albida lineolis rufis, cauda biſeta; alis coſta marginali cinerea, lineolisque tranſverſis albis.

1652. Eph. *annulata* diptera, cinerea maculis fuſcis; cauda biſeta, alis duabus hyalinis; coſta marginali ſublutea. P. D. Atl. t. 30. *Diptera* Linn.

1653. Eph. *horaria* cauda biſeta, alis albis margine craſſiore nigricantibus.
Pupæ Ephemerarum ante ultimam decorticationem alis perfectis gaudent, perfecto inſecto ſimillimæ; hanc obſervationem Frischius olim fecerat, Roeselius vero Inſ. aqu. 2. p. 58. non pro falſa habuit, ſed in medio reliquit, ego, dum Berolini primo vere 1765 peregrinarem, eandem ſpeciem magna copia alis flavidis evolare, exuviisque alatis alis albentibus rurſus prodire vidi, noviumque inſectum, quod Roes. fig. 5 & 6. t. 12. delineavit, veram Ephemeræ Berolinenſis pupam cenſeo.

1654.